



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Cum dignitate amulos accipit. re, † omnes in eum intenti, qui jam suspirare debebant antea inferiorem, accesserunt Curialium odia, quod plebeius esset. Contra quæ ut se muniret, † affabilitate, & *Plebem ambit.* professo communitatis amore, favorem plebis ambiit. Cavet etiam, ne solitis Erfordiæ moribus inconsulto impetu Moguntinos offenderet. † Istitis effecit, ut quamdiu mobilis plebis favor duravit, adversariis superior, eousque à civibus diligeretur, ut potestatem illi ad quadriennium continuarent, ac Limplrechtum speciali Numinis beneficio Reipublicæ datum assererent. At expertus est, quam debili fulcro innitatur, quisquis in plebe nititur. *Senatus veteribus moliminibus insistit.* † Parum his omnibus Respublica adjuncta durarunt invidiæ, litigia, & quod deterrimum erat, privata odia per damna publica sæpius vindictam quæsiwerunt. Decreta Legatorum, pacta ipsorum auctoritate inita, nihili habere, imperatas preces negligere, Moguntinorum odia plebi instillare, nullum pro Republica consilium, omnia privatis libidinibus infecta, ut jam nunc absque violento remedio Civitatem haud sanari posse appareret.

X. * Elector Saxonix, Joannes Georgius, MDCLVIII Francofurto rediens, ubi Romani Orbis *Electo Saxo Erfurti appellit.* Monarcha LEOPOLDUS Imperator Cesar renunciatus erat, hanc Urbem accedit. † Ducum Officiales veterem de conductu litem movent, solennis pompæ ordo ad portas jam accesserat, illi præire, & ducere

Lis de conductu.

cere agmen tentant. Vigiles, quibus custodia portæ credita, eam claudunt: Ignarus causæ Elector sibi ludibrium intendi opinatus, vertere currus jubet. Ast cum ab Urbicis de re gesta, quodque Saxonici conducendi jus in aurea Bulla civitati concessum eripere vellent, edoceret, Urbem ingressus est. Hæc tormentorum exoneratione applausit, cives in armis, & distributi sub signis pro Electore vigilarunt. Triduum festiuitatibus & epulis infusum, postea pari cum solennitate discessit.

* Venit dies mutationi magistratum dictus. † Fuerat hucusque continuata Lîmprechtio Tribunitia potestas, idque gratiâ plebis factum: eadem hoc anno, si Decreti Cæsarei ordinem spectes, illi debebatur, negabant æmuli post continuatos honores, ordinario alias hoc anno regimen deberi, quod non nisi anno quinto à defuncta dignitate redeat; Ille antiquissimum morem, & Decretum Cæsareum prætendit, quod relabi Curiam ad eos velit, qui ante quatuor annos rectè præfuerint: Gratiam mediis annis à communitate exhibitam in odium non retorquendam, quod tamen fieret, si ordinarii sui anni potestate privaretur; At mutata jam erant civium studia, nec quicquam his profectum, sed illi Senatores, quos prima Cæsarea Commissio antiquaverat, restituti sunt. * † Lîmprechtus ad mandata Cæsarea, ad iussa Electoris provocat.

† Ele-

XI.

* MDCLIX

Iterum de magistratibus discordia.

* MDCLX.

Lîmprechtus ad Cæsarem & Electorem confugit.